





1762.

1. Steninga, Siegfried Caes., et: De sufficientia sectionis vulnerato vivente.
2. Steninga, Siegfried Caes., et, pac., iur. sericus: ad dissertationem in ang.: De sufficientia sectionis vulnerato vivente", quam . . . Iohannes Fridericus Wunderlich . . . ventribus, invictis juriimque : de poena lethali per vulnerantes, et de paena leticii vulneratum, illam interficiens dissent.

1763.

1. Steninga, Siegfried Caes.: De eo, quod justum est circa remotionem rationum incidenti ab actis in casu transmissiois actionum.
2. Balthasar, Augustinus, sc.: De debito, ex mercibus venditiis residuo, per novationem in multum gra- tiarum immatato, jure prolationis ex jure Lub- censi non gradiente

1764.

1. Koenigs, Siegfried Paes, ab: *Nun praeceptio sit  
juri naturali vel gentium, nec non, sed mere civili*. 3.
2. Breitkopfchen, Franz. Phil: *De origine curationis natura-  
lum ac programm usque ad tempora distinxiat.* 1.
3. Koelpin, Alexander Bernhard: *De deo ex formatione  
ostium cognoscendo.* 1.

1765.

- Fiducia Christ. Conrad. H. Schulze: *De donationibus vera  
legis:  
~~ante nuptias~~ si a sposo lib. l.: De donationibus  
ante nuptias indele, interpretatione aliqui non  
practicis, maxime in foris Romane. Germanisch.* 3

1766

1. Koenigs, Siegfried Paes, ab: *De revocatione erroris  
ab advocate commissari*
2. Isen, Emanuel Christoph, von: *Lectiones suas academicas  
meritorum indicat aliue simul: De reservatione contractus*

locutionis et conductionis disert.

3. Schlichtkrut, Christ-Nic.: De obligatione debitoris solu-  
tionem promissatio in moneta tempore solutionis  
recepta, praesumis substa mutatione monetar.

1767.

1. Denninga, Siegfried Caes., ab: De eo, quod iustum est  
eiusca legata et prius causas.

2. Aklwardt, Petrus: De rexa inter Theologiam naturalem  
et revelationem.

3. Aklwardt, Petrus: De rexa philologiae cum  
philosophia

4. Friderici, Christ-Camillus W. thelme: De magistratu  
cante in decernentio paucis arbitriis procedente  
1768.

1. Denninga, Siegf. Caes.: De divorcio et separatio ad  
furem aggressu.

2. Balckas, Augustinus : De successione ab  
interdicto ex iure habecens.
3. Becker, Hermann : De actione hypothecaria leg-  
laris ex l. l. C. Comm. de legal. contra colorodes  
competente non ipso iure divis. 7.
4. Beckius, Hermann : De iure de non evocando.
5. Becker, Hermann, Fac. iuris Decanus : Dis-  
putationum inq. : De iure de non evocando, ab Iohann.  
Rudolpho Becker . . . pro somnis in utroque iur-  
donibus . . . capendis . . . examini subjicitur  
Iam . . . indicat, et ad eam invitit, praemittit  
discursus professorio : quo meditationes questam :  
de privilegiis & de non evocando cunctam numer-  
cipalium temporum indole intuta foris delicta  
exponit.

1768.

6. Becker, Hermannus: *X. differentias quasdam inter  
spolia et alias defectionum species.* . . .


7. Becker, Hermannus, Fr. juris doc. decanus: ad Diuersa-  
lionem in ang. differentias quasdam inter spolia et  
alias defectionum species sistenter, quam . . . Hermann  
Fridericus Beckmann . . . pro summis in utroque  
jure honoribus . . . capessendio . . . ventilabit,  
inventis: inimicorum gressationem, an et quantum  
calono remedium spolii competere possit, . . .  
exponit.

1769.

Mühlbeck, James Christopher: *De prudentia pri-  
cipis circa fueda.*

Lehrbuch der Physik  
Von Hermann von Helmholtz  
Mit 100 Tafeln und 1000 Abbildungen  
in der Physik und Chemie  
Schrift und Sprachwissenschaften  
In drei Bänden  
Band I. Mechanik und Optik  
Band II. Elektricität und Magnetismus  
Band III. Wärme und Mechanik  
Von Hermann von Helmholtz  
Mit 100 Tafeln und 1000 Abbildungen  
in der Physik und Chemie  
Schrift und Sprachwissenschaften  
In drei Bänden  
Band I. Mechanik und Optik  
Band II. Elektricität und Magnetismus  
Band III. Wärme und Mechanik





Pra. 21. num. 17.

2.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
**EO QVOD JUSTUM EST**  
**CIRCA REMOTIONEM**  
**RATIONUM DECIDENDI AB**  
**ACTIS IN CASU TRANS-**  
**MISSIONIS ACTORUM**  
3.

7484  
QVAM  
JUSSU ATQVE AUCTORITATE  
ILLUSTRIS JURISCONSULTORUM ORDINIS  
IN ACADEMIA GRYPHICA  
BRABEUTA ATQVE PROMOTORE  
VIRO GENEROSISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO

**SIEGFRIED CÆSO AB ÆMINGA**  
J. U. D. ET PROF. REG. CONSISTORII DIRECTORE GRAVISSIMO,  
FAC. JUR. SENIORE ET P. T. DECANO SPECTATISSIMO

PRO  
JURIS UTRIUSQUE LICENTIATI JURIBUS  
ATQVE PRIVILEGIIS RITE CAPESENDIS  
D. III AUGUST. M D C C L X I I I .  
ERUDITORUM CENSURÆ SUBMITTIT



**ARNOLD THORSPECKEN**  
BREMENSIS.

GRYPHISWALDIAE LITTERIS RÖSENIANIS.

DISSESTITATIO IURIDICA

DE

HO GOUDIUS MANT  
CIRCA REMONIONE  
KATIIONUM ETIENDI UB  
AC TIS IN CAU TRANS  
MIRATIONE AGIORUM

IN SESSA ATQUE Auctoritate  
HILDEBRANDI HERBORDIUM ordinis

GRADUATA AETATE OCTOGINTA

AD CULTORISMO AETATE CONSILIARIA  
ZIEGELIED C. 10. VR. HENRICI

10.0 ETSI DEDICATI CULTORISMO QVAT  
TAC UTRICINORIBAT. E. DEDICATI SEMICAT/SETI

10.0 ETSI CULTORISMO. HENRICI JURIS

AGONE ER. 10.0. NIT C. 10.0. 10.0  
D. 10.0. A. 10.0. 10.0. 10.0. 10.0.

10.0. 10.0. 10.0. 10.0. 10.0. 10.0. 10.0.

10.0. 10.0. 10.0. 10.0. 10.0. 10.0. 10.0.



PLATONI ET ALIO CINQUO  
DISCUSSIONE DE CIRCA REMO-  
**DISSERTATIO**  
**DE EO QVOD JUSTUM EST CIRCA REMO-**  
**TIONEM RATIONUM DECIDENDI AB ACTIS**  
**IN CASU TRANSMISSIONIS**  
**ACTORUM.**

**I**n Judiciis ad disceptationem causarum controver-  
sarum eamque decisionem a summis Imperan-  
tibus adornatis non semper sententiae sive inter-  
locutoriae, sive decisivae, ab ipsis personis judicium  
illud constituentibus feruntur, sed saepissime Acta judicialia  
a judicibus domesticis transmittuntur ad Collegia Juris  
Consultorum, ut Facultates Juridicas, vel Collegia Sca-

A 2

binorum

16 V 1611

binorum vel etiam in causis ecclesiasticis, ad Consistoria, sive judicia ecclesiastica, ut domestici judices sententiam hauriant ex consilio sapientum, & hac ratione ab extraneis, nomine judiciorum domesticorum, sententia feratur. Alicubi vero locorum judicia superiora ordinata sunt, a quibus inferiora in casibus dubiis informationem petant.

§. 2.

Plerumque quidem transmissio illa Actorum pendet ab arbitrio partium, quarum causa in judicio ventilatur, si forsan causa quedam recusationis judicii domestici transmissionem suadeat, non tamen necessitatis habetur, causam quandam recusationis afferre, sed transmissio illa est potius meri arbitrii.

§. 3.

Judices etiam alicubi locorum pro lubitu Acta transmittunt ad extraneos vel commoditatis gratia, ut molestia vacent, quam elaboratio sententiæ ejusque rationum decidendi requirit, vel etiam ut judices domestici odium partis succubentis evitent, qui in decidendo rarissime sententiam ad palatum utriusque ligantis accommodare valent.

§. 4.

In plurimis tamen Ordinationibus judiciorum pro-

◎ ◎ ◎

provincialibus transmissio illa Actorum, si non a partibus efflagitatur, in illis solummodo casibus licita habetur, si forsan casus dubius, aut dissensus in collegio illo judicij domestico adsit, & paritas votorum, ut pro pluralitate votorum decisio fieri nequeat.

### §. 5.

Alicubi locorum transmissio Actorum remedii impugnativi vicem sustinet, ut in Pomerania Suecica, ubi in causis Consistorialibus remodii revisionis loco transmissio Actorum ad Collegium Juris Consultorum sive Consistorium Augustanae Confessioni addictum ordinata est.

### §. 6.

Ante omnia itaque ordinationes provinciales judiciorum sunt attendendae in casibus illis obvenientibus, in quibus de transmissione Actorum ad extraneos quæstio occurrit.

### §. 7.

Transmissio illa tam in civilibus causis obtinet, quam in criminalibus, & quod in civilibus voluntatis est, in criminalibus necessitatis habetur. Quamvis etiam Constitutio Criminalis Carolina in casibus solummodo dubiis transmissionem suadere potius quam jubere videatur, illam tamen secundum praxin plero-

A 3

rumque

L A M M E



rumque judiciorum in casibus etiam non dubiis adhiberi videmus, tum præfertim cum aliquid præjudicij intuitu rei, seu inquisiti subsit, si causa versetur vel circa inquisitionem specialem, vel circa capturam, vel circa remedium eruendæ veritatis, præfertim vero torturam, vel circa ipsam poenam dictandam, quod alii cubi locorum aut moribus introductum, aut in ipsis legibus provincialibus statutum reperimus, ut itaque hodie potius in dictis casibus criminalibus etiam non dubiis transmissio Actorum ad extraneos necessitatis habeatur.

### §. 8.

Transmissio illa etiam in quacunque judicij parte fieri potest, sive sub initio processus, sive in fine ejusdem, ut vel interlocutorie pronunciet, vel definitive judex extraneus, sive Collegium illud Jurisconsultorum, ad quod Acta transmittuntur.

### §. 9.

In casibus ubi ad judicia superiora ab inferioribus sive ad informationem, seu confirmationem sententiae conceptæ petendam, sive in casu, ubi sententia ab altera parte per legitima juris remedia fuerit impugnata, acta,

¶ ¶ ¶

acta transmittuntur rationes decidendi decretis & sententiis judicij inferioris regulariter jungi debent.

§. 10.

Quodsi vero acta ad extraneum mittuntur, quæstio aliquando occurrit, utrum rationes decidendi decreti sive sententiae, a qua impugnativum fuit adhibitum, simul cum actis transmittantur, nec ne? Quod quidem in causis civilibus rectius negandum esse judicaverimus, cum argumenta sat prægnantia suadent, ut rationes decidendi ab Actis separentur.

§. 11.

Experientia edocemur, quod aliquando iudex ille extraneus referens nimis fidat rationibus prioribus, & negligendo necessariam actionum judicialium perlustrationem ac evolutionem, non nisi rationes priores inspiciat iisdemque mutatis mutandis inhæreat, & sic de statu causæ ex ipsis actis haud instructus, cum momenta existantiora utriusque partis, ut fas est, haud perpendit, priorem sententiam coeco impetu vel confirmet vel reformet, de justitia ejusdem haud rite convictus.

Si

[LY BALLE]



Si rationes sententiis non jungantur certiores esse possumus, judicem extraneum integra acta penitus percursorum, & evoluturum ac prius rite ponderaturum momenta ab utraque parte prolatā, antequam sententiam decernat, eidemque postea rationes accommodet.

§. 12.

Non tamen negandum, sat prægnantes etiam rationes pro contraria sententia militare, secundum quam rationes decidendi sententiis Actorum in actu transmisionis jungantur. Judex enim tunc faciliori negotio de statu causæ, & de justitia, ex iisdem informari potest, si ille postea libellum Apellationis, restitutionis, leuterationis, seu alterius impugnativi, & posteriores positiones perlegerit; nec tamen judex religione ductus perlustrationem actorum priorum negliget, in partibus præsertim ad decisionem cause spectantibus, quæ quidem pro varietate processus ex circumstantiis optime dijudicabit.

§. 13.

Praxis itaque in causis civilibus variat, & Acta ad judices extraneos transmissa docent pro more in judiciis Germaniæ recepto, ut mox rationes decidendi sententiae prioris impugnatae Actis jungantur, mox vero

verò Acta cum sententia priori sine rationibus decidendi transmittantur.

§. 14.

In criminalibus etiam ex priori allata ratione plerumque rectius rationes decidendi ab actis in casu transmissionis ad extraneos removentur, si casum excipias, cum tortura dictata, cuius gradus in ipsa sententia omissus in rationibus decidendi, ut plerumque fieri solet, continetur, ad quas in sententia illa provocari solet. Formula enim quæ sententiae ejusmodi inseri solet: **Das Inquisit mit der peinlichen scharen Frage nach Anleitung der Entscheidungs-Gründe zum Geständniß zu bringen, territionem tam verbalem, quam realem, & omnes gradus ipsius torturæ comprehendit.**

§. 15.

Quodsi itaque Acta tunc transmittantur ad extraneos simul cum sententia, in qua tortura in genere dictata, remotis rationibus illis decidendi, quæ modum ac gradum torturæ continent, judex extraneus referens, dubius est, & anxius plerumque hæret, quinam gradus in rationibus illis ab actis separatis contineatur, cum tor-

B

turam

LZV HALLE



turam quidem in casu illo dictandam juris esse duxerit; sed ratione gradus ejusdem incertus sit, quippe qui pro arbitrio ex circumstantiis determinatur; judex enim prudentissimus, imo & consultissimus tunc fallere potest, sententiam ipso jure nullam dictando, cum forsitan atrociorum gradum, quam in priori sententia seu rationibus continetur, dictaverit. In casu illo enim judicare debet, utrum mitior quam fas est, an atrocior sit gradus a priori judge dictatus, an justus, & ipso facto ac indiciis rite accommodatus. Sed qua ratione hoc dijudicabit, si nescit, quinam modus seu gradus torturæ fuerit dictatus?

§. 16.

Inquisitus in genere contra torturam dictatam defensionem suam instruxit, nec enim ipsi nec ipsius defensori gradus ille innotuit. In termino enim publicationis sententiae iisdem non communicatur passus ille rationum decidendi, qui gradum torturæ concernit, quippe qui studiosissime celari solet.

§. 17.

Judex itaque ignarus quem gradum torturæ sententia prior gravatoria definiavit, cum gradum, quem leges

leges haud determinare poterunt, arbitrari debet, in dubio mitiorem saepe ac par est decernit, ne forsan sententiam in nullitate laborantem pronunciet, quod quidem facturus esset, si gradum duriorem, quam qui in rationibus decidendi prioribus continetur, decerneret.

§. 18.

Inquisitus enim ex sententia mitiori jus quæsitum obtinuit, quod ipsi per sententiam duriorem tolli nequit, & tritissimi juris est, quod sententia, quatenus favorem inquisiti seu rei accusati continet, statim post publicationem in vim rei judicatae abeat.

§. 19.

Hinc mitius saepe quam par est sententia confirmatoria a solertissimo ac perspicacissimo judice, ex culpa judicis prioris, qui Acta transmisit, pronunciatur, & delictum in perniciem reipublicæ manebit impunitum.

§. 20.

Sententiam etiam priorem simpliciter confirmare nequit judex ille extraneus, tortura in priori sententia dictata, omisso tamen gradu, qui in rationibus remotis continetur: Hoc enim si fieret cœcutiret judex confir-

B 2

mando

HALLE



mando, cum ipse nescit quid confirmavit, quod absum foret. Id quod tamen haud ita pridem a facultate juridica celebri animadvertisimus, quae sententiam quidem confirmaverat, revera tamen mitiorem modum torturæ in rationibus decidendi determinaverat, territionem verbalem loco realis substituendo.

§. 21.

Alias quidem juris est, quod, uti judici haud licet in favorem inquisiti ratione mutilationis Actorum seu additionis seu substitutionis scriptorum, quid fuscipere, ita nec in ipsius odium contra juris ac processus criminalis ordinem quid fuscipere licuerit.

§. 22.

Sic dolus foret severiori animadversione dignus, si judex acta mutila & manca, seu inscio inquisito ejusve defensore aucta ad extraneos mittat, documenta illa aliave scripta, quae in favorem ac defensionem inquisiti tendunt, ab Actis removendo, vel si scripta, quae in odium ejusdem vergunt, & inquisito non sunt communicata, substituat.

§. 23.

Quod vero de casu nostro praedicari nequit, quo actis ad extraneos transmittendis rationes dedicendi

pro

pro lubitu judicis mox junguntur mox ab iisdem separantur, siquidem nec proprie in odium nec in favorem inquisiti id fieri, est afferendum, sed ut justitia per omnia promoveatur, quod leges quam maxime inculcant, quæ quidem de speciali casu transmissionis actorum nihil circa hocce caput disposerunt.

§. 24.

Quodsi itaque in genere concedamus ex argumentis adductis rectius in causis criminalibus rationes decidendi in casu transmissionis actorum ad extraneos ab actis removeri, in casu illo speciali tamen, quo tortura dictata, cuius gradus in ipsa sententia omisssus in rationibus decidendi continetur, minus recte rationes decidendi ab Actis removentur, & ad minimum passus ille gradum torturæ concernens Actis erit jungendus, ut judex extraneus tum melius circa gradum dictatum arbitrari possit, justo mitior ille sit, an severior, & ne periclitetur judex nullitatem committere in pronunciando, si forsan gradum severiorem, quam in rationibus decidendi prioribus continetur, dicteraverit, & porro, ne ex studio nullitatem evitandi, justo mihiorem forsan gradum statuerit, indeque ansam præbeat

EZV HALLE



præbeat ut delictum maneat impunitum, & judicium  
fiat elusorum.

§. 25.

Nec est etiam ut de jure inde queratur inquisitus,  
si rationes decidendi prioris sententiæ qua tortura dicta-  
ta, sive passus ille gradum ejusdem concernens in ter-  
mino irrotulationis Actis jungatur, cum  
illæ ad justitiam promovendum

tendant.

**T A N T U M.**



**ULB Halle**  
005 372 011

3







Pra. 21. num. 17.

2.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE

EO QVOD JUSTUM EST  
CIRCA REMOTIONEM  
RATIONUM DECIDENDI AB  
ACTIS IN CASU TRANS-  
MISSIONIS ACTORUM

3/164. QVAM  
JUSSU ATQVE AUCTORITATE  
ILLUSTRIS JURISCONSULTORUM ORDINIS

IN ACADEMIA GRYPHICA  
BRABEUTA ATQVE PROMOTORE  
VIRO GENEROSISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO

SIEGFRIED CÆSO AB ÆMINGA

J. U. D. ET PROF. REG. CONSISTORII DIRECTORE GRAVISSIMO,  
FAC. JUR. SENIORE ET P. T. DECANO SPECTATISSIMO

PRO  
JURIS UTRIUSQUE LICENTIATI JURIBUS

ATQVE PRIVILEGIIS RITE CAPESENDIS

D. III AUGUST. M D C C L X I I I .

ERUDITORUM CENSURE SUBMITTIT

ARNOLD THORSPECKEN  
BREMENSIS.

GRYPHISWALDIAE LITTERIS RÖSENIANIS.

